



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

Decreti erectionis Montis Pietatis. Form XXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

bus Montis) & aliò non convertetur:

Tertiò, quod Mutuatarii dabunt sufficiens, & certum pignus, pro certa, & determinata summa, quæ non debet excedere scuta....

Quartò, quod Mutuatarii, singulis mensibus aliquid exiguum eleemosinaliter v.g. duorum cum dimidio, vel trium pro centenario ultra sortem solvent pro sumptibus necessariis ad conservandum Montem, scilicet pro stipendiis Ministrorum, pro conductione Domus, & certis aliis expensis, absque ullo lucro Montis, donec Mons possit propriis aliis redditibus dictas expensas sustinere.

Quintò quod pecunia dabitur mutuatariis ad certum tempus v. gr. ad annum, vel ad summum duos annos: & si mutuum præscripto tempore non restituatur, pignus vendetur, & ex pretio pecunia debita Monti solvetur, & quod reliquum est Domino pignoris restituetur: imò quod post venditionem concedetur debitoribus mutuatarii terminus saltem octo dierum ad pignus redimendum.

Sextò, quod super pignora non recipientur lequestra, seu arresta, nisi coram ordinario legitime constet, rem pignori datam fuisse furto subtraictam, & se-

questrum, seu arrestum sit subscriptum ab ipsomet ordinario, redintegrato Monte de pecunia mutuata.

Septimò quod venditio pignorum non fiat diebus festis de præcepto, nisi in casu, quod diebus feriis ob carentiam oblatorum, venditio compleri non possit, & tunc non nisi obtenta scripto licentia Episcopi.

Octavò, quod fiat Inventarium mobilium, immobilium, & jurium Montis, quod erit subscriptum à ministris, & renovatum in ingressu, & fine officii.

Nonò quod Statuta supradicta fuerint ab Episcopo cum consilio Deputatorum Capituli Cathedralis, & Universitatis laicorum laudata, & approbata.

Hæc inquam, statuta sunt juridica, & honesta, quæ poterunt juxta exigentiam loci augeri, sed non minui: & de quibus sparsim loquuntur Lott. de usur. q. 22. num. 33. & seqq. Nicol. lucubr. civ. lib. 3. tit. 15. n. 13. & lucubr. can. lib. 2. tit. 9. de feriis post n. 5. Chrisp. de Visit. p. 2. §. 38. n. 15. Amofaz. de caus. piis tom. 1. lib. 4. c. 13. Pirhing. in jus can. lib. 5. tit. 19. n. 109.

Obtenta autem approbatione Apostolica, Decretum erectionis poterit sic concipi.

## Erectionis Montis.

### FORMULA XXV.

**C**um ex eleemosynis, & piorum hominum largitate, collecta fuerit pecuniarum quantitas, ut possit ad succurrendum Egenorum necessitatibus erigi, & institutu Mons Pietatis; ideo Nos, cui præcipua pauperum cura commissa est, illis providere satagentes, adhibito prius Deputatorum nostri Capituli, & Civitatis consilio, in nomine illius, qui intelligit super egenum, & pauperem, & qui Dives est in misericordia: tum auctoritate nostra ordinaria; tum Apostolica nobis delegata, Montem Pietatis in hac Civitate N. (et pro nunc in Domo conducta in Via N.) perpetuo erigimus, & instituimus, & pro erecto, & instituto volumus, & declaramus, cum sequentibus legibus, & Statutis, vide-licet (et inserantur numericè Statuta, quibus per extensum insertis, immediate dicatur): ita auctoritate prædicta erigimus, & Statuta præinserta servari volumus, & mandamus; reservata Nobis, & Successoribus nostris facultate ea angendi, & declarandi (præterquam quo ad interesse solvendum à mutuatariis).

tariis) prout nobis & dictorum Successoribus pro bono regimine dicti Montis Erecti videbunt expedire omni &c. Datum &c.

N. Episcopus, & Judex Commissarius Apost.

Lectum, latum, & promulgatum fuit dictum Decretum Erectionis Montis  
Pietatis in loco N. die Mensis Anni præsentibus N. & N.  
Testibus &c.

Ita est N. Cancellarius Episcopalis.

- 4 P Ræterea in condendis ejusmodi Montium Statutis, advertendum est etiam, quod id, quod solvitur Monti à mutuatarii præter fortem, non dicatur illud solvi debere *per utile de Monte*, vel *per usura del Monte*; nam nomina, & verba ista, licet sferilia sint; ad huc cum verè Mons nec utilitatem, nec usuram propriè recipiat, rudium auribus male ionant: sed debet dici quod solvatur pro manutentione Montis, & Ministrorum. Secundo, quod si Mons ex lege erectionis debet recipere deposita pecuniarum in gratiam deponentium, ut pecuniae tutius serventur, melius est mercedem non recipere pro deposito, quam illam taxare: nam Depositarius, qui habet mercedem, tenentur 5 etiam de levissima culpa, ut dicit *Zacch. de Salar. q. 63.* ideoque si aliquid à deponentibus solvatur, id à sponte dantibus, & titulo eleemosynæ recipiatur. Tertio 6 quod si erectio Montis fiat lege, & conditione, quod mutuatarii nihil præter id, quod acceptum est, dare, & solvere tenentur nulla indiget approbatione Apostolica: quia hoc genus Montium est Christianæ Pietatis egregium institutum.

Si autem erigendus sit Mons frumentarius, legitima erit erectio, quoties Episcopi, vel alterius Ecclesiastici loci Ordinarii interveniat assensus, qui Statuta approbando, ut sequentia contineant curabit.

Primo, che li Montisti da eleggersi ogni anno dall' Università (ò sia Confraternità) per voti segreti, siano approvati dall' Ordinario, e rendino conto della loro amministrazione, e diano idonea sigurtà.

Secondo, che li Sindicatori da eleg-

gersi come sopra, debbano ogni anno dentro il mese di Giugno haver sindicato li Montisti, e Depositarii del Monte con approvazione dell' Ordinario, e fatto sodisfare, se faranno stati trovati Debitori via esecutiva senza figura di giudizio: e fatta la sindicazione, si eleggano i nuovi Montisti.

Terzo, che il grano si distribuisca da Montisti nel tempo che farà giudicato più proprio, & effervene maggior bisogno in una, ò più volte à poveri, con pegno sufficiente, che vaglia il terzo di più ò à persone che habbiano seminato, e possono hipotecare al Monte il lor seminato, ò pu- re dare altra sicurezza equivalente, altrimenti i Montisti siano tenuuti del proprio.

Quarto, che il grano si debba imprestare gratis per bollettini da spedirsi da i Priori pro tempore dell' Università, (ò sia Confraternità) e non si possa prestare più di . . . . . per persona.

Quinto, che il grano del Monte non si possa vendere, né divertire in altr' uso né imprestar à forastieri sotto penna di . . . .

Sesto, che quelli che piglieranno grano in prestito dal monte alla misura rasa, non possino esser forzati, né restituirlo alla misura colma, né pure in riguardo de granari, palleggiatura, provisione de Ministri, ò altre spese che occorrono per il Monte, e conservazione del grano ma solamente restituiscano la quantità, e misura ch'hanno ricevuta; si possa bensi ricevere di più, & à misura colma, quando i debitori del grano vogliono darla spontaneamente non patteggiata, & à mero titolo d' elemosina.

Settimo, che li Montisti, ò siano ricevitori del grano tengano in libro à parte no-

te nota distinta dell' elemosina che si daranno da quelli che restituiscano il grano, e si metta il grano dell' elemosina in luogo à parte.

Ottavo, che il grano imprestato, si debba restituire al Monte per tutto il mese d' Agosto seguente all' imprestito, di buona qualità, e bontà, & i pegni di coloro, che a detto tempo non havranno restituito, si vendano nel termine di..... precedenti trè bandi, à chi più offerirà, e con il ritratto, si compri altrettanto grano quanto fu prestato sopra il pegno, & il di più che avanza del ritratto, si restituiscia al Padrone, senza ritenere cosa alcuna, benche' minima.

Nono, che ogn' anno nell' estrazione de nuovi Montisti, ò siano Dispensieri, si faccia l' Instrumento publico del grano, che si consegna con specificazione della quantità, e si dia loro il libro de Debitori sottoscritto, e sigillato col sigillo dell' Università (o sia Confraternità) da quali si dovrà riscuotere esecutivamente.

Decimo, ch' ogn' anno in tempo della raccolta, si mandino una, ò più persone, & per raccorre l' elemosina del grano per augumento del monte.

Undecimo, che si possino variare, far nuovi Statuti coll' approvazione dell' Ordinario secondo le occorrenze de tempi.

<sup>8</sup> Porro si iste Mons frumentarius esset eretus ex ærario publico laicorum pro beneficio Annonæ vulgo Abbondanza & ab eis esset administratus absque ulla dependentia Ordinarii loci: adhuc posset Episcopus, etiam si non esset auctoritate Ecclesiastica eretus, illum visitare, statuta examinare, & libros inspicere, ad finem cognoscendi, an in distributione, & mutatione frumenti, ejusque receptione, ad sit labes usuraria, ut partibus contradicentibus respondit Sacr. Congr. Concili in Montis Falisc. Juris' visitandi 25. Junii 1695. in qua causa cum fuisse etiam declaratum, quod in receptione usuræ observaretur Bulla Leonis X. & postea a pia mem. Card. Barbadigo Ordinario in Visitaciones talis Montis recognitum, quod Montistæ per multos annos ex pacto receperissent a mutuatariis ultra sortem certam

frumenti quantitatem, & exinde valde notabilem summam usurarum exacta fuisse; factis per peritos calculis coram Eminentiss. Barberino Deputato, iterum propone curavit sequentia Dubia.

Primo an standum, vel recedendum, à decisi circa exactionem usurarum pro Montes frumentario ab formam Bullæ Leonis X.

Secondo, an salmæ tercentum, & ultra Tritici existentis in Monte frumentario Valentani proveniant ex usuris, & quatenus affirmative, quid circa illud statuendum in casu.

Die 1. Martii 1704. Sacr. Congreg. respondit.

Ad primum in decisiss.

Ad secundum pro erectione Montis frumentarii salmarum 303. sub administratione Em. Episcopi. Ex qua resolutione percipitur, quod Sac. Congr. sequuta est opinionem Comituli respons. moral. lib. 3. quæst. 35. ubi tenent, quod ex frumento Montis acreto ab usuris, possit erigi novus Mons in beneficium pauperum, ubi non constat, & incertum est cui sit facienda restitutio, prout erat in casu: nam tunc cum intret regula de restitutione incertorum, ut in terminis usurarum Montium docet Bonacc. de contraff. disp. 3. quæst. 3. punt. 12. num. 7. pauperibus distribuendum erat, ut dixi supra ad form. 18. §. Et receptas restituerit: eadem S. Congr. in alia Venusina Legatorum 15. Novembri 1704: ad 5. dubiam, quam refert D. Ursia Instit. crimin. lib. 3. tit. 7. n. 93.

Per Procuratorem locorum piorum, hoc dicitur ad demonstrandum, quando Ordinarii locorum præter Promotorem Fiscalem in causis criminalibus, debent deputare aliquem Virum ideonem pro defensione causarum locorum Piorum, & quantum fieri potest Ecclesiasticum, Nicol. Iucubr. can. lib. 5. tit. 39. num. 109. ampl. 5. & 6.

Contra formam Bullæ Pauli V. Ad incurredam censuram hujus Bullæ, quæ est impressa in Bullario tom. 3. Conf. 82. non est necesse, quod interyeniant fraud aut dolus, sed sufficit, quod pecunia in alios quam pauperum usum convertatur,

tur, ut patet ex §. 2. illis verbis. *Universis, & singulis Montis Pietatis hujusmodi Officialibus quibuscumque status nostri Ecclesiastici quacunque dignitate fulgentibus, etiam si Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchae, aut S. R. E. Cardinales etiam de latere Legati existant, ne de pecunis ad dictos Montes quomodolibet spectantes & pertinentes, ac pro sorte principali à principio illis assignatis; quam pro dictæ sortis augumento postea acquisitis, in alios quam pauperum usus juxta modum, & formam in erectione dd. Montium præscriptam absque nostra, & Sedis Apostolica licentia sub quovis preiextu, vel quaestio colore, & cum obligatione intra quodcumque breve tempus restituendi, disponere presumat tenore præsentium prohibitus. Quod si quis contra hanc nostram prohibitionem venire præsumperit, Cardinales quidem, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi Suspensionis, altæ vero inferiores persone excommunicationis sententiam eo ipso incurvant, a qua nou nisi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo absolvi possunt.*

<sup>13</sup> Dolose convertisse Sc. Quoties constat, quod Administrator loci Pii pecunias, in usum proprium convertit, eo ipso dicitur in dolo vero, & manifesto, non autem præsumpto, adeo ut dicatur prædo, & agi possit contra eum de furto ut plenè probat Gratian. *discept. 935. num. 1. 11. et 21.* & sic censuras canonum incurrit: si verò aliud aliud contrà dispositionem statutorū egisset, vel id ad quod ex officio tenetur, facere neglexisset, tunc diceretur in dolo, sed præsumpto: quia qui non facit, quod debet, vel non inquirit, quod inquirere ex officio tenetur, in dolo dicitur esse, nisi aliunde bona fide probetur. leg. *si procurator §. Dolo ff. mandat. l. dolo 41. ff. adl. falc. d. Sperell. decis. 99. num. 58.* Fagn. *in cap. de falsariorum numer. 12. de crim. fass. Barb. axiom. 96. numer. 6.* & licet dolus iste præsumptus, elidi, & excludi valeat contrariis præsumptionibus, & conjecturis, de quibus dixi part. 2. tit. 15. *ad form. 4. numer. 3.* tamen administrator de neglectis constituitur in culpa lata, & tenetur ad damna, Panimoll. *decis. 133. per cot.*

<sup>16</sup> Ex præmissis igitur infertur, quod Ad-

ministratores, & alii quicunque scienter dolose usurpant bona Ecclesiæ, & aliorum Piorum locorum incident in Censuram dd. canonum, & Concili Trident. *Officiales verò Montium Pietatis, qui non in usum proprium, sed in alios usus quam pauperum pecunias Montis convertunt, excommunicatione Bullæ Pauli V.* <sup>17</sup> innodantur: Cæteri verò debitores qui vel ex impotentia, vel ex alia prætentione, & titulo saltem colorato non solvunt statuto tempore debitum, aut non restituunt bona, quæ ad Ecclesiæ, & pia loca spectare prætendantur, non cadunt sub his censuris, neque hac via censurarum compellendi sunt: sed contra eos intrant alia juris remedia, cum hi non dicantur usurpare, ut advertit, & monet Card. de Luca *supra Concil. Trident. discept. 23. numer. 3. v. gr. si hæres legatum solvendum, seu tradendum Ecclesiæ vel gravatus hæreditatem restituere Monasterio, quod, sive quam rector, vel Abbas antecessor sine beneplacito Apostolico repudiavit, retineret: non diceretur legati, seu hæreditatis Usurpator, licet titulo retineret, & possideret invalido: quia non adest neque dolus verus, neque præsumptus, sed potius bona fides & credulitas justi tituli.*

Dixi, quod isto casu hæres, sive alius gravatus possideret titulo invalido: quia ut novit *part. 1. tit. 5. ad form. 15. num. 21. pag. 130.* in repudiatione legati, seu hæreditatis reliæ Ecclesiæ, Monasteriis, & aliis locis piis, requiritur Beneplacatum Apostolicum: eum quia cum statim ac bona reliæta, vel donata fuerunt, transfeat eorum dominium in Ecclesiam, vel Monasterium absque alia traditione, & acceptatione, *l. final. Cod. de Sacr. Eccles. Matt. de succes. legal. part. 4. quæst. 18. articul. 4. numer. 85. 88. et 91.* & est communis opinio, & sic sint illis jam quæsita, & non quærenda: sequitur, quod repudatio sit vera alienatio, quæ necessario solemnitates requirat, ut in puncto rejectis contrariis tenent, Donat. *prax. rer. regular. tom. 1. part. 2. tract. 14. de reb. monaster. non alien. quæst. 59. a num. 9.* & per tot. Amostaz. *de caus. piis tom. 1. libr. 1. capit. 12. num. 42. 46.* & seqq. Gratian. *discept.* <sup>18</sup> <sup>19</sup> <sup>20</sup>

discept. 674. nu. 12. Quarant. in summi. Bullar. verb. alienatio rerum Ecclesie num. 23. & 43. verb. Prælatus potest in fin. Tamburin. de jure Abb. tom. 3. disp. 13. quæst. 2. nu. 8. Cherubin. in sum. Bullar. ad Conf. Leon. 1. conf. 1. Schol. 2. ubi concordantes.

21 Tum quia bona sic relicta dicuntur spectare ad Ecclesiæ, vel Monasteria, si non ratione dominii, aut possessionis, quod, seu quam actu non habuerunt, saltem ratione juris competentis, quod habent ad illa, leg. recte dicimus 25. ff. de verb. signif. & in fortioribus terminis de dote profana respondit Rot. coram Manz. dec. 309. nu. 3. & ideo si sine solemnitatibus fuerunt reputata, Ecclesia vel Monasterium jus habent vindicandi.

22 At adverte, quod si agatur de legatis particularibus relictis cum onore missarum: cum hæc a Clericis, & Ecclesiis Secularibus sine licentia Ordinariorum, & a Regularibus sine licentia suorum Superiorum acceptari non possint juxta Decreta generalia Urbani VIII. de celebrat. missar. innovata ab Innoc. XII. prout in Bulla, quam per extensum dedi part. 1. in Appendic. pag. 346. si Decreto Episcopi, vel Vicarii generalis, & Superioris Regularium respectivè repudientur ex eo, quod oneribus injunctis, redditus legatorum non correspondent, valida est repudiatio: quia cum Ordinarii, & Superiores Regularium procedant hac in re, tanquam Delegati Apostolici, actus repudiationis, non indiget alio beneplacito.

Monitio autem contra dolosos usurpatores, & detentores bonorum Ecclesiæ, & locorum Piorum exequenda ante sententiam declaratoriam, poterit concipi prout notatum fuit in formula præcedenti, & quo ad appellationem, intrant eadem animadversiones ibidem factæ. Quod si Episcopus cognoscat, sibique constet de morali impotenti dolosi Usurpatoris, redintegrandi Ecclesiæ, vel locum plium in totum, vel in partem debet abstinere a denunciatione excommunicationis: quia qui non habet unde solvat, excusatur, licet qui impotens evadit post excommunicationem non liberetur, ut inquit Sayr. de censur. lib. 1. cap. 18. num. 40.

Quare ab Ordinariis elaborandum est ut bona, & pecunia Ecclesiæ, & locorum Piorum, non nisi a viris idoneis, moribus, & fide probatis, administrantur: quibus, ne Decreto Concilii Trident. & Bullæ Pauli V. ignorantiam allegare unquam valent, curent ut in suscepçæ administrationis exordio per explicitam lecturam notificantur, & Cancellaris de lectura, & notificatione rogetur, & ubi introitus sunt pingues, & notabilis quantitatis, curare debent, ut eligatur, & deputetur exactor, congrua ei constituta mercede: nam sæpe ex negligentia, conniventia, & incuria Officialium, qui gratis administrant, credita depereunt, & in exiles redundunt, cum gravi damno, & jactura locorum piorum. Formula autem talis deputationi sequenti, vel simili modo concipi poterit.

### Exactoris deputationis

### F O R M U L A XXVI.

N. N. Episcopus Dilecto N. N.

CUM Nobis ea, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperum sustentationem relicta, & instituta sunt, principaliter a Sacr. Cap. nonibus, & Concilio Tridentino commissa reperiantur: animadvertisentes quod introitus loci pii N. ( five locorum piorum N. & N. ) nostræ Diœcesis ( seu Civitatis ) propter negligentiam, conniventiam, & incuriam Officialium, & Administratorum pro tempore in dies diminuuntur, & pereunt: huic